



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-709118-p0001-5

DFG



A V S P I C E C H R I S T O
S. M. V. P.

362.

1584,2

2

D E C R E T O A M -
P L I S S I M I O R D I N I S I V .
R I D I C I , I N A C A D E M I A
H E I D E L B E R G E N S I C E L E .

berrima,

P R A E S I D E D . V A L E N T I N O
F O R S T E R O IV RECONSVLTO P R A E C L A -
riss. eiusdem Ordinis DECANO spectatissimo &
Præceptore optimè merito
P R O C O N S E Q V E N D I S I N V T R O Q V E I V .
re Doctoratus insignijs

M A T E R I A M
D E P R I V I L E G I I S C R E D I T O R V M ,
vtilem & controuersam, publicè defenden-
dam suscepit

B E N I A M I N T I L E S I V S M V L H V S I N V S
T H V R I N G V S
I N S C H O L A I V R E C O N S V L T O R V M I V . N O N . D E C E M B .
boris antemeridianis.



H E I D E L B E R G A E E X C V D E B A T
I O H A N N E S S P I E S .

M . D . L x x x i i l .

MAGNIFICIS DOMI-
NIS CONSULIBVS,

SENATORIIQVE ORDINIS
AMPLISSIMI VIRIS PRUDENTIS-
SIMIS,

IMPERIALIS CIVITATIS MVLHV-
SINÆ MODERATORIBVS,

DOMINIS SVIS OFFICIOSE'
colendis,

HAS DISPV TATIONIS PUBLI-
CAE CONCLVSIONES,

IN ANIMI, GRATI SVAE QVE ERGA ILLOS OESSER-
uantia, testificationem,

HEIDELBERGA' MITTIT
ET D. D.

BENIAMIN TILESIUS EIVSDEM
Reipub: Ciuis.



PRAEFATIO.



Vm bona debitoris veneunt, quia fortè ea ad integrum aeris alieni exolutionem non sufficiunt, solet inter creditores περὶ πρωτοπαραγίας oriri contiouersia, alijs alias suæ prærogatiuæ causas prætendentibus : De his itaque pro Iuridicæ Façultatis decreto paucis Conclusionibus agemus.

CONCLVSIÖ I.

Initio verò eorum creditorum, qui de dominio rerum suarum satagunt, ante alios omnes rationem habendam esse concludimus.

II.

Vnde cum qui rem suam apud aliquem depositum, in ea re, si adhuc extat, ante Priuilegia futurum Vlp. respondit.

III.

Et in rebus commodatis, alijsq; vendicationi obnoxij, venditis item & necdum traditis, aut translatis mercibus, idem obtinere iuris rationes cuincunt: Et verum est.

IV.

Quod in fructibus rerum possessarum extantibus, affirmare quoque non dubitamus.

V.

PROXIMI sunt, quibus prospectum est de pignore: siue conventionale illud sit siue Legale, Prætorium, Iudiciale.

VI.

Atque hi non tantum Chirographarijs creditotibus

A 3.

scđ:

**sed etiam Priuilegijs omnibus, quæ personalibus actionibus
competunt, præferuntur.**

VII.

Inter ipsos autem solos, temporis Priuilegium attendi-
tur, ut potior sit in iure qui tempore reliquos præuenit.

VIII.

Quod in pignore Iudicali, contra iuris dispositionem,
ut putamus, multi negarunt.

IX.

In prætorio verò, simpliciter affirmandum duxerunt:
cùm tamen, si omnes eiusdem tituli sint Creditores, modis
omnibus negandum foret.

X.

Alias, cui aut quomodo pignus constitutum sit, quò ad
hanc temporis prærogatiuam, regulariter nihil interest.

XI.

Nam & qui prius cum debitore Fisci contraxit, pignus-
que accepit, Fisco sicut & Reip, postea cùm eodem contra-
hentibus, præfertur.

XII.

Quanquam in eo, quod post contractum cum Fisco ne-
gotium quæsitum est, priuatus anterior, nisi & is Priuilegarius
sit, postponatur.

XIII.

Illud hīc quæri solet? An cui specialiter fundus & vni-
uersa bona generaliter obligata sunt, cùm ex illo fundo debi-
tum suum redigere possit, ei cui postea ex his aliquid oppigno-
ratum est, in hac ipsa re præferendus sit? Et, ne posteriori ius
suum

sum auferatur, iurisdictionem temperandam cſte Impp. reſcripſerunt.

XIV.

Etiam hoc controuersum eſt: Vtrum qui ſub conditio-
ne contraxit & pignus accepit, ea quandoque exiſtente, illo
qui pendente conditione vtrumque fecit, prior potiorque ha-
beatur? Quod verum eſt, ſi talis ſit conditio, quæ in uito debito-
re adimpleri potest.

XV.

PORRO, dimiſſis hypothecarijs ſuccedunt Priuilegiarij,
quos Leges Ciuiles, nunc ad Personarum conditiones, nunc
ad ipsam crediti cauſam respicientes, Chirographarijs quoque
præferendos censuerunt.

XVI.

Qui interdum iſis etiam hypothecarijs, quamuis ante-
rioribus præponuntur: fitq; ferè tum, quando hæc personalia
Priuilegia, cum beneficio reali taciti vel expressi pignoris
cumulantur.

XVII.

Hinc tacitam mulieris hypothecam in perſecutione
dotis, eiusque augmenti, omnibus etiam expreſſam habenti-
bus anteriorem, præferendam eſſe Iuſtiniano viſum eſt, &
Cam: Imp. ſtatuit.

XVIII.

Fauore quoque Pupilli receptum, vt in rebus iſius pe-
cuniā comparatis, ius prælationis habeat. Quod ad minorem
quoque recte extenditur.

XIX.

An idem ſit in re pecuniā vxoris, Fisci, Ecclesiæ redem-
ta: certant Interpp. Nos negatiuam tuebimur.

A 3

Cauſæ

XX.

Causæ tribuitur, vt qui ad reficiendam, aut conseruan-
dam rem puta nauem, nominatim crediderunt, vnde & res
refecta est, si eam pignori acceperint, priores in ea præuertant.

XXI.

Id quod in eo etiam, cuius pecunia res emta & statim
specialiter obligata est, æquum visum est.

XXII.

Cœterūm, quis cui ex hoc Creditorum ordine præfera-
tur, si Legibus expressè nihil inueniatur cautum, ex causa æsti-
mandum erit: sic tamen vt in pari causa concurrentis hypo-
thecæ prioritas spectetur.

XXIII

Solos Creditores, qui emendæ militiæ causa in scriptis
crediderunt marito, caueruntque de pignore, in ea causa esse
placuit, vt his mulier, et si posteriores sint, non præferatur.

XXIV.

Funerum quoque impensas omne creditum, quauis se-
curitate pignoris munitum, præcedere debere Bartolo asti-
lamur.

XXV.

Vtrum verò hæc Priuilegia personalia ad suos hæredes
transeant, commodè quæri potest: Nobis affirmantium sen-
tentia probabilior videtur.

XXVI.

QVI ius merè personale habent creditores chirographa-
rij, si eiusdem tituli sunt, æqualiter admittuntur, licet di-
uersitates temporis in his fuerint.

Sanè

X X V I I.

Sanè, si quis sibi vigilauerit suumque consecutus sit, nihil ab corepeti potest.

X X V I I I L

Quod verò bonis possessis, motaque ab omnibus instantiā, receptum fuerit, in portionem vocandum, cöterisque creditoribus exequandum erit.

X X I X.

Cùm factum in obligatione versatur, locatore ad præstandum parato, conuenit priori conductoriantè satisfici.

X X X.

Ad extremum: Auctarij loco subijcio: Bona feudalia, in uito Domino, à quouis Creditore, qui suum consequi aliter non potest, ex causa iudicati capi, & fructuum percipiendo- rum gratia ad vitam vasalli teneri posse.

F I N I S.



III

• *...naturam etiam illius quod est deus.* Q

• *...et in aliis quod est deus.* A

IV

• *Cum ergo non solum in aliis rationibus, sed etiam in ipsius*

• *ratione, quae est deus, non potest esse deus.* Q

V

• *...naturam etiam illius quod est deus.* A

• *...et in aliis quod est deus.* Q

VI

b07

ULB Halle
003 252 035

3



5b.

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



CHRISTO
V. P.
FOAM-
RDINIS IV.
CADEMIA
ENSI CELE-
a,
ALENTINO
NSVLTO PRAECLA-
ANO spectatissimo &
imè merito

IN VTRQVE IV.
in signijs

TAM
CREDITORVM,
publicè defenden-
tia

S MVLHVSINVS
LGV S
RVM IV. NON. DECEMB.
diamis.

EXCVDEBAT
SPIES.

XXIIIL.

362.

1584,2

2
3